

ROSARIUM BEATÆ
MARIÆ SEMPER
VIRGINIS

DE ROSARIO

ROSARIUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, Genetricis Dei, prope millis annis in ecclesia oratum est. Sancto Dominico in A. D. 1214 a Beata Matre ipsa datum est; Psalterium tamen, quod Rosarium imitat, est quippe veterrimum quam ipsum.

Quindecim sancti Rosarii mysteria decem orationum «Ave Maria» sunt, summa centum et quinquaginta orationes «Ave Maria». Hic numerus non fortuitus; centum et quinquaginta etiam numerus psalmodiarum in Psalterio est. Pro hac ratione sanctum Rosarium «Psalterium Dominae nostrae» dicitur; Psalterium quidem pro omnibus fidelibus qui Beatam Mariam semper Virginem amant.

Hic libellus in lingua Latina est quod Latina est lingua Ecclesiae, lingua viva et necessaria ut doctrinam liturgiamque, fidem actionemque, instauraret. Omnis Catholicus fidelis diligenter studere et firmiter discere orationes Rosarii in Latina debet; haec enim verae orationes, quae in vulgari solum translationes, sunt.

Dum orationes singularis mysterii dicuntur, my-


sterium ipsum profunde contemplari debent. Rosarium sæpe in quinque mysteriis per diem, duo et triens Rosarii per hebdomadem, oratur. Hoc triens Rosarii in quinque mysteriis sæpe igitur «Rosarium» dicitur. Mysteria particularia in diebus particularibus orantur:

Feriæ	Mysteria
2 ^a et 5 ^a	Gaudiosa
3 ^a et 6 ^a	Dolorosa
4 ^a , Sab., et Dom.	Gloriosa

Hoc systema rationale prudensque fideles sanctum Rosarium orare adjuvat, quin lassos nimis propter durationem orationum facit. Oremus igitur sanctum Rosarium Beatæ Mariæ semper Virginis; non obliviscetur enim bona Mater cum coram Filio suo veniemus.

DOMINA NOSTRA SANCTI ROSARII, ORA PRO NOBIS!

SANCTUM ROSARIUM B.V.M.



ORATIONES

1. Symbolum.
2. Pater noster.
3. Tres Ave.
4. Gloria Patri.
5. 1^{um} mysterium, Pater.
6. Decem Ave.
7. Gloria et O Jesu.
8. Salve Regina et seq.

MYSTERIA GAUDIOSA

1. Annuntiatio. 2. Visitatio.
3. Nativitas. 4. Oblatio. 5. Inventio in Templo.

MYSTERIA DOLOROSA

1. Agonia. 2. Flagellatio.
3. Coronatio Spinis. 4. Baulatio Crucis. 5. Crucifixio.

MYSTERIA GLORIOSA

1. Resurrectio. 2. Ascensio. 3. Descensus Spiritus Sancti. 4. Assumptio B.V.M. 5. Coronatio B.V.M.

SYMBOLUM APOSTOLICUM

CREDO IN DEUM, Patrem omnipotentem, creatorem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Filium Dei unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam. Amen.

PATER NOSTER

PATER NOSTER, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

AVE MARIA

AVE MARIA, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

GLORIA PATRI

GLORIA PATRI, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

O IESU MEUS

O IESU MEUS, dimitte peccata nostra, ex ignibus inferni salvos nos fac; omnes animas in cælos induc, præsertim illas necessitate maxima misericordiæ tuæ.

SALVE REGINA

SALVE, REGINA, mater misericordiæ; vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules Filii Hevæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post exsilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO

OREMUS. Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede, quæsumus; ut, hæc mysteria sacratissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO AD S. MICHAËL ARCHANGELUM

SANCTE MICHAËLE ARCHANGELE, defende nos in prælio, contra nequitiam et insidias diaboli esto præsidium. Imperat illi, Deus, supplices deprecamur; tuque, princeps militiæ cælestis, satanum aliosque spiritos malignos qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

ORATIONES PRO PAPA

Pater noster, Ave, et Gloria Patri pro intentionibus Sancti Patris, Papæ.



Goretti Publications
<http://gorpub.freeshell.org>
